



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecvmenici Concilii Tridentini, Pavlo III.  
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et  
Decreta**

**Tridentinum <1545-1563, Trient>**

**Coloniae, 1615**

Bvlla S. D. N. D. Pii, Papae IV. Revocatoria priuilegiorum, exemtionum,  
immunitatum, facultatum, co[n]seruatoriarum, indultorum,  
co[n]fessionalium, Maris magni, & aliarum quarumcumq[ue] similium ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42415**

excommunicandi, suspēdendi à diuinis, declarandi, intercedendi, aggrauādi, reaggrauādi, carcerandi, & brachium saculare decernendi, relaxandi, & exequendi. aliaq; facien. necessaria quomodolibet, & opportuna. Contrarijs quibuscunq; non obstantibus & quod presentis nostri motus proprii sola signatura sufficiat, vt vbiq; fidem faciat in iudicio, & extra, regula contraria, & alijs quibuscunq; quibus omnibus expressē derogamus, non obstantibus.

Placet Motu proprio i.

Præsentetur.

*Amerinus Regens.*

**BVLLA S. D. N. D. PII,  
PAPAE IV. REVOCATORIA**  
priuilegiorum, exemptionum, immunitatum, facultatum, cōseruatoriarum, indultorum, cōfessionalium, Maris magni, & aliarum quarumcumq; similium gratiarum, quibuscunq; locis & personis concessarum, in his, in quibus statutis, & decretis sacri Concilij Tridentini contrariantur.

**PIVS EPISCOPVS, SERVVS  
seruorum Dei, ad perpetuam rei  
memoriam.**

**I**N Principis Apostolorum Sede, meritis licet imparibus, diuina dispositione cōstitututi, nihil neque vniuersali Ecclesie,



fia, curæ & sollicitudini nostræ commissa  
 salubrius, neque iniuncto nobis Apostolicæ  
 seruitutis officio decentius præstare possu-  
 mus, quam quòd prouidentia nostræ mini-  
 steria œcumenicum Concilium Tridenti-  
 num, sicut nostris potissimum auspicijs sum-  
 maque sanctorum Petrum cõcordia per Dei  
 misericordiam feliciter absolutum fuit: ita  
 per vniuersũ, qui Christiana pietate censen-  
 tur, ubiq; suscipiatur, & remotis quibuslibet  
 obstaculis, ab omnib; æqualiter obseruetur.  
 Cum itaque in eodem Concilio quàm plura  
 salubria, & ad vniuersalem morum refor-  
 mationem valde vtilia decreta atque statu-  
 ta, maturo præsentium ipsorũ examine præ-  
 cedente, sint edita, quibus multa atque di-  
 uersa priuilegia, exẽptiones, immunitates,  
 dispensationes, facultates conseruatoria,  
 indulta, & vt vocant confessionalia, & Ma-  
 re magnum, & aliæ gratiæ, quæ varijs, tam  
 cathedralibus, etiam Metropolitan. quàm  
 collegiatis Ecclesijs, Monasterijs, conuenti-  
 bus & alijs religiosis, etiam Fratrum mēdi-  
 cantium domibus, & ordinibus: necnõ san-  
 cti Spiritus in Saxia, S. Ioannis Lateranen-  
 sis, ac incurabiliũ de Vrbe, sancti Ant- nij  
 Viennen & S. Bernardi Iurẽ, alijsque Hospi-  
 talibus, Militijs, eorumq; Capitulis, & con-  
 uentibus, ac vniuersitatibus, etiam studiorũ  
 generalium collegijs, rã sæcularibus, quam  
 ecclesiasticis Contraternitatibus, Societati-  
 bus, & tam principis Apostolorum de Vrbe,  
 quam alijs Fabricis, sanctæ Cruciatæ, alijsq;  
 pijs locis, & operibus, necnon Patriarchis  
 Archiepiscopis, Episcopis, Prælati, Abbati-



bus, Abbatissis, Prioribus, Prapofitis, & alijs ecclesiasticis, tam secularibus, quam diuersorum ordinum, & militiarum regularibus, ac etiam laicis cuiuscunque dignitatis, & status ac gradus, & excellentia, ac etiam Ducali, Regia, & Imperiali dignitate fulgentibusque vtriusque sexus personis. Nec non aliquibus notarijs, & etiam de latere legatis atque nuncijs, tam perpetuo, quam ad tempus per plures Romanos Pontifices predecessores nostros, ac nos & Sedem Apostolicam, eiusque legatos hactenus etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, seu etiam Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum contentatione & intuitu etiam de fratrum consilio, diuersimode, varijsque temporibus in genere, vel specie, ex quibus etiam honesta causa concessa, & etiam pluries confirmata & innouata fuerunt, in plerisque contrariantur. Nos quibus in primis cordi est, tam sancta, & Ecclesie Dei saluberrima decreta suos, vt par est, effectus vbiq; consequi, & ab omnibus obedienter obseruari, priuilegiorum, exemptionum, immunitatum, facultatum Cōseruatoriarum, Indultorum, Confessionarium, Maris magni, & aliarum gratiarum predictarum, ac quarumcunque Apostolicarum, & aliarum litterarum desuper confectarum, processuumque decretorum, & aliorum inde secutorum tenores, ac si de verbo ad verbum inferentur, presentibus pro sufficienter expressis, & plenè insertis habentes: Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potesta-

tis ple-



ris plenitudine, quod eadem omnia, & singula priuilegia, exēptiones, immunitates, facultates, dispensationes, Conseruatoria, Indulta, Confessionalia, Mare magnum, & alia gratia in his omnibus, & in singulis, in quibus illa statutis, & decretis, Concilij huiusmodi contrariantur, ipso iure reuocata, cassata, & annullata, ac ad ipsius Concilij terminos, atque limites reducta sint, & esse censeantur, ne quidquam aduersus ipsa decreta & statuta, quo minus vbiq; & apud omnes obseruetur, in aliquo suffragari posse, sed ea perinde haberi, & reputari debere, ac si nunquam emanassent, auctoritate Apostolica, tenore presentium declaramus, ac etiam statui mus, & ordinamus. Decernētes nihilominus omnia, & singula, quę vigore priuilegiorum, exemptionum, immunitatum, & dispensationum, facultatum, Conseruatoriarum, indultorum, Confessionaliū, & aliarum quarumcunque gratiarum huiusmodi, post id tēpus, quo Conciliū obligare cepit, facta & gesta, quomodolibet fuerunt & in posterum fiēt, in his in quibus dicti Concilij decretis aduersantur, nulla, inualida, & irrita esse, & cōseruari ac nemini, etiam quātumlibet, vt præfertur, qualificato, tam in foro (quod aīnat) fori, quam conscientię suffragari posse & debere. Et ita per quoscumque locorum ordinarios, aliosque iudices & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam sanctę Romanę Ecclesię Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi facultate, in vtroque foro indicari, & deāniri debere, ac quid-



Quid secus, à quoquam, quavis auctoritate, cientes, vel ignoranter attentari contigerit, irritū & inane decernimus. Non obstantibus promissis ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, statuti, ordinationis, & decreti, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attetare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli, Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Sexagesimo quinto, XIII. Kal. Martii, Pontificatus nostri, anno sexto.

*P. Episcopus Narien.*

*Cæ. Glorierius.*

*H. Cumyn.*

Anno à Natiuitate Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo quinto, indictione sexta, die vero 24. mensis Februarii. Pontif. sanctissimi in Christo patris, & D. N. D. Pij, diuina prouidentia Papæ 4. Anno eius 6. Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt in Acie Campi Floræ, & valuis Cancellariæ Apostolicæ, per nos Nicolaum de Matthæis, & Camillum Cherubinum, Sanctissimi Domini nostri Papæ Cursores.

*Philibertus Phabuis Magister Cursorum.*

ORA.